



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX: || DE
CANONICA ET MO- || nastica Disciplina collapsa
restau- || randa, pristinoque nitori || restituenda. ||**

Schulting, Cornelius

Coloniae Agrippinae, 1599

VD16 ZV 14233

9. De disciplina Franciscanorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63372)

In vita S. Euthymij fol. 415. In vita sanctæ Melang, folio 483. & quoque Aloysius tom. 4. in vita S. Placidi martyr. fo. 17. In vita S. Mauri Abbatis fol. 39. In vita S. Francisci folio 233. Bonaventura in vita Francisci cap. 3. & 4. & tom. 3. in vita Pachomij Abbatis alterius fol. 167. tom. 2. In vita Martiani Monachi fol. 203. In vita Ioannis Monachi fol. 229. In vita Asclepij Monachi fol. 231. In vita Mariæ Aegyptiacæ fol. 384. In vita Theodori Episcopi fol. 446. In vita Vilfridi Episcopi fol. 454. Quatuor Regulæ approbatæ sunt ab Ecclesia tantum. D. Arnoldus VVyon in libris Ligni vitæ.

CAPVT IX.

De Disciplina Franciscanorum.

Exstat liber cuius epigraphe est firmamenta trium ordinum beatissimi patris Francisci, in cuius 3. parte continentur Statuta Ordinis Francisci in septimo capitulo folio 28. cap. de disciplina in communi accipienda iuxta morem prouinciarum particula 36. Et quia in multis prouincijs & locis obseruantia regularis fratres consueuerunt post Completorium vel matutinum accipere disciplinam in communi ter in hebdomada, iuxta alia ordinis statuta ob memoriam passionis Christi dicendo Psalmos, Miserere mei Deus, De profundis, vel, Deus misereatur, cum De profundis. i. Antiphona Christus factus est obediens, versic. Omnis terra &c. & orationibus, Respice quæsumus: Fidelium Deus omnium vel alijs. Ideo hortamur vt quælibet prouincia in his seruet suam bonam

bonam consuetudinem nullos ad hoc per hæc nisi voluntarios astringendo, nec eos, qui voluerint impediri volendo: ita tamen quod ordinatis per præfidentem vel consuetis diebus & horis, saltè die Veneris post matutinum vel Completorium singulis fratribus in Ecclesia vel loco Capitulari conuenientibus incipiantur à primo choro, vel à præfidente suffragia prædicta: quibus durantibus, qui voluerint disciplinam accipiant vel recipiant, prout melius vel congruentius videbitur iuxta modum suæ prouinciæ, ad quod etiam singulos pro memoriali tanti beneficij acerbissimæ passionis nostri Redemptoris piè hortamur in Domino.

CAPVT X.

De Capitulo culparum particula 34. ibidem.

PRO salubri quoque status nostri manutentione & puritatis ac pacis augmento statuimus firmiter & ordinamus iuxta Benedicti 12. constitutiones, quod Capitulum culparum fiat, & teneatur perpetuò ad minus tribus diebus cuiuslibet septimanæ in quibuscunque conuentibus ordinis nostri, & etiam in locis eiusdem ordinis, in quibus erunt saltè tres vel quatuor fratres cum præfidente, quemadmodum in pluribus religionibus etiam diebus singulis obseruatur laudabiliter. In quo quidem Capitulo culparum quotidianæ culpæ & negligentia prius communiter & postea singillatim, & specificè & plenè, etiam vulgariter recognoscantur, humiliter & debite corrigantur
inci-